



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 12. Viri à ciborum luxu abstinentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

uitijs; oluscum caponibus; symposijs similijs; conuiuiis centum ferculorum, panem mendicando obtentum prætulerunt. Lycurgus, ciuibus quibusdam interrogatis, quo modo liceret hostium insultum effugere? Si, inquit, pauperes fueritis; non facile potest elabi, qui sarcinis & impedimentis retardatur. Cui ergo nec ære loculus, nec crapula stomachus grauis est, is longè facilis infernum hostem fugiet persequentem, longè expeditius, per huius vitæ stadia, curret ad æternæ salutis brauium..

## §. XII.

*Viri à ciborum luxu abstinentes.*

Hinc Pauli, hinc Antonij, hinc Macarij, hinc Paphnutij, hinc Frontonij, Pachomij, Venantij, hinc jeunijs exenterati lignei illi & ossei Hilariones, Serapiones, Spiridiones.

**Sur. i. Ianuar. in vita eius. c. 6.**

B. Fulgentius Rusensis Episcopus sic viviebat, ut inedia magnitudo siccata corporis cutem fatiscere diversis ulceribus cogeret, ac superducta ( quam dicunt ) impetigne delicata corporis pulchritudo fœdaretur. De qua seueritate cū nec æger remitteret, Scimus omnes, aiebat, ex epulis vitam solere seruari, non sanitatem posse cōferri. Nam vt sanetur infirmitas, si explenda videtur gula cupiditas; quare infir-

man-

mantur etiam illi, qui connuijs lautioribus quotidie saginantur? Enim uero abstinentia hæc vires extemplo recuperauit. De S. Edmundo Cantuariensi Archiepiscopo legimus, à prima pueritia ab omnibus quidem rebus creatis eum, quantum per vires licebat, præcipue vero à sermone, somno, cibo, potu abstinuisse. Solo pane & aqua, sextis ferijs, contentus fuit. Interdum solum panem edens, nullum omnino potum admisit. Vnde id consecutum est, ut nonnunquam labia eius scissa viderentur, ut sollet arida tellus humorem sitiens. Defluebant, à capite, barba & pili, medicis eius rei caussam diligentibus, quod corpus eius humoribus destitutum esset. Cibis vescebatur vilioribus. Quod si ades- sent delicata fercula & potus lautior, minus ipsis vtebatur. Nolebat, ut sua caussa, quisquam ex ipso perquireret, quibus in prandio vesci vellet? Et, si appositas escas quispiam commendasset, gustare eas nolebat, quod opiperas esse, inde conyceret. Rarissime, in die, bis edebat, idq; non nisi honesta ratione suadente. Ipsi Imperatores Iustinianus à Procopio; Theodosius junior à Socrate; Carolus Magnus à Cranzio, & Andrea Brunnero nostro, de abstinentiæ cultu admirabiliter commendantur; tanto utiq; magistri præstantiores, quia penuriam pati

Sur. 163  
Nou. in  
vita eius  
c. 14.

Procop.  
I. 1. Sc-  
rat. lib.  
7. c. 22.  
& Baroni?  
An. 415.  
Albert.  
Cranz.  
lib. 2.

Saxonie. maluerunt , cum omnibus rebus abunda-  
c. 8. & l. 4. rent.

Annal.

Boiorū.

An. Brun

### §. XIII.

Fœminæ lautiorum ciborum abstinen-  
tiam docentes.

D. Hie-  
ron. ad  
Marcel-  
lam. c. 15.

Quin neque fœminæ desunt, quæ victus  
Parsimoniam epularum delitijs prætulerūt.  
De Asella virgine, sic scribit Hieronymus:  
*Cum per omnem annum jugi jejunio pasceretur,*  
*biduo triduoq; sic permanens, tum verò, in Qua-*  
*dragesima, nauigij sui vela tendebat, omnes penè*  
*hebdomadas, vultu lētante, coniungens. Et quod*  
*impossibile forsitan est hominibus ad credendum,*  
*Deo autem præstante possibile est, ita ad quin-*  
*quagenariam peruenit atatem, ut non doleret*  
*stomachus, non viscerum cruciaretur injuria,*  
*non sicca humus, in qua cubabat, jacentia mem-*  
*bra conficeret; non sacco asperata cutis fato ē*  
*situmq; contraheret, sed, sano corpore, anima sa-*  
*nior, solitudinem putaret delicias, & in urbe*  
*turbida eremum inueniret monachorum. In*  
*genibus durities camelorum, præ orandi fre-*  
*quentia, occalluisse reperta est. Huic, merito*  
Bonfin. I. *siensis, quæ, Bonfinio teste, à quinto decimo*  
5. hist. *ætatis suæ anno, usque ad quinquagesimum*  
Decad. I. *hordeaceo tantum pane & fabis contenta,*  
bis